

diam acquirere novum habitum, dispositionem peculiarem syllabarum exigentem vocata Disparatum. Disparatum est Syllaba quæ cum alia aliqua eundem in Scala locum simul occupare, non autem eundem sonum pariter cum alia exprimere potest. Quod duplex est. Disparatum SE & SI. Disparatum SE est syllaba SE quæ exprimit intervallum semitonium subsequens LA, ad VT de novo in ascensum & subsequens VT ad LA de novo in descensum cum reliquis in ordine syllabis iterandum, à sono b Melodiæ præfixo indicata. Disparatum SI est syllaba SI, Tonum exprimens post LA ad VT in ascensum, vel post VT ad LA in descensum à sono  $\natural$  vel  $\times$  in initio Melodiæ non præsentem sed efficaciter latente indicata: Vel Disparatum SE est syllaba, quæ in initio Scalæ præsentem sonum b, ut ipsius hujus propria, exprimit: Disparatum SI est syllaba, quæ sonum BE in initio scalæ non præfixum latentertamen efficacem, exprimit.

R E G V L Æ.

1. Disparata dicuntur tam syllabæ Semitonio vel Tono post La exprimendo inservientes, quàm hæ figuræ  $\natural$  vel b (a)
2. Disparatum ex b rotundo in initio scalæ signatum Qualitatem Syn-nemenorum (vulgo dictam BE-mollarem) indicat, ordinemq; syllabarum exposcit eum, in quo syllaba SE septimum & supremum inter syllabas locum obtinet, apta exprimendo semitonio post la in ascensum vel ut descensum. (c)
3. Disparatum non signatum, opposito suo  $\natural$  vel  $\times$  relinquit locum exprimendo syllabâ SI, apta enunciationi integri Toni post LA in ascensum vel post VT in descensum, & indicat Qualitatem Diezeugenorum, vulgò dictam BE-duralem. (r)
4. Disparata in medio Melodiæ signata exprimuntur syllabis FA & Mi. b per FA;  $\natural$  vel  $\times$  per Mi, exceptis iis locis quæ Disparatis SE & SI propriissimè competunt. (s)
5. Semitonium post sonum pronunciandum syllabâ RE, in Qualitate Diezeugmenorum ordinem intervallorum in Melodiis solum excedens non aliis in ascensum stipatum intervallis pluribus, per FA, non posito b, exprimitur. Si per Mi exprimendus erit is sonus signum  $\natural$  vel  $\times$  oportet ei assignetur. (t)
6. Intervalla quæ in locis Disparatorum terminantur, per idem Disparatum pronunciantur signis utrobique non positis aut datis. (u)